UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Approbatio Adm. R. P. M. Nicolai Pelosi Da Campiglio Florentini Ord. Eremit. S. Augustini.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55672

Visual Library

MAGISTER F. PHILIPPUS VICECOMES MEDIOLANENSIS
Totius Ord. Eremit. S. Auguſt. Prior Generalis.

REVERENDO ET NOBIS IN CHRISTO DILECTO P. MAGISTR
F. Auguſtino Ilcinenſi ejuſdem Ord. & Voti, Provinciæ
Senenſ. Provinciali S.

CUm Conciones annuales & Adventus, quæ hactenus à Te ſunt in lucem editæ, nover ab eruditione pietati conjuncta commendari, meritò ſperamus bono publico Quadra males quoque prodituras eſſe, quas inſuper elucubraſti, & noſtri reviſores approbarunt benter igitur concedimus, ut accedente eorum, ad quos ſpectat, licentiâ & approbatione, valeas typis mandare.

Datum Neapli 8. Decembris. 1650.

F. Philippus Vicecomes Gener.indig.

Approbatio Adm. R. P. Magiſtri F. Leonardi Valentini
Cæſenatis Prioris almi Conventus S. Spiritus Florentiæ.

LIber inſcriptus Quadrageſimale R. P. M. PAOLETTI omnibus titulis dignus eſt, qui publici ris fiat; quia & magnâ eruditione plenus eſt & magnâ pietate, ſanâque doctrinâ refertus. Ita m hi de eo viſum poſt illum accuratè perlectum, de mandato Reverendiſſimi Patris Magiſtri Ph lippi Vicecomitis Generalis optimi.

Florentiæ Die 6. Novembris. 1650.

Fr. Leonardus Valentinus Ord. Erem. S. Auguſtini.

Approbatio Adm. R. P. M. Nicolai Peloſi da Campiglio
Florentini Ord. Eremit, S. Auguſtini.

EX Commiſſione Reverendiſſimi Patris Magiſtri Philippi Vicecomitis Generalis noſtræ Religio nis magna cum diligentia legi Quadrageſimale Adm. R. P. M. AUGUSTINI PAOLETTI m derni digniſſimi Provincialis Provinciæ Senenſis, cui titulus eſt QUADRAGESIMALE; In quo n hil quod Catholicæ veritati, aut bonis moribus repugnet, inveni; Imò vix aliquod ejuſdem generis argumenti opus hactenus legi quod majori cum voluptate & minori cum faſtidio me legiſſe memin quàm iſtud; In illo namque Author Scripturarum veritatem tanta cum perſpicuitate & energia do cet, ut nutriendo intellectum & voluntatem ad bonum excitando, ſenſum pariter ſpiritualem ad

delicat

delicatè exponat, ut velut promuſcondus in hoc Opere velut in lauta & opipara quadam menſa varios cibos ſpirituales delicatè præparatos, & doctiſſimo calamo ſuo & religioſo exemplo optimè conditos ab intellectus ſui penuario expromere videatur. Ac proinde præſens Opus, utpotè cómmuni bono promovendo valde utile & proficuum digniſſimum eſſe cenſeo quòd per typos publici juris fiat. E noſtro Monaſterio S. Spiritus Florentiæ hac 12. Novembris Anno 1650. In quorum fidem &c.

Magiſter Nicolaus Peloſi Auguſtinianus.

Opus quod QUADRAGESIMALE *nuncupatur ab Admodum Reverendo Patre Magiſtro Auguſtino de Paolettis Ilcinenſi Ordinis Eremitarum S. Auguſtini elucubratum Reverendiſſimi Patris noſtri Generalis juſſione impellente, ego infraſcriptus ſedulo evolvi, ac diligenter perlegi. In eo omnia ita affabrè diſpoſita, doctrina ſolida, claritate mirabili referta reperi, ut nihil doctius, uberius nihil exoptari queat. Quare ut Typorum umbris lucem afferat, ſicque ad publicam utilitatem in lucem prodeat approbo, & commendo. Florentiæ 5. Novembris 1650.*

Frater Horatius Bartolonus Florentinus Studii S. Spiritus de Florentia Regens.

CENSURA ORDINARII.

QUADRAGESIMALE, ſive Conciones quas linguâ Italicâ celebravit & in lucem emiſit Adm. R. P. Magiſter Auguſtinus Paolettus SS. Th. Doct. Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, nihil Fidei Catholicæ aut bonis moribus contrarium continent, ſed ad pietatem in omnium animis excitandam plurimum valent, nunc potiſſimum, quando eas ſingulari eruditione, elegantia, & zelo in latinam linguam transferendo illuſtravit Adm. R. & Eximius P. Jacobus Emans Ord. FF. B.mæ V. MARIÆ de Monte Carmeli Provinciæ Allemanniæ inferioris Provincialis in Univerſitate Colonienſi SS. Theol. Doctor & Profeſſor, ut eas meritò imprimendas cenſeam. Coloniæ 2. Auguſti Anno 1662.

FERDINANDUS STROBELIUS *SS. Theol. Doctor. Canonicus Metropolitanus, Librorum Cenſor ordinarius.*